

Hic terminorū segmenta sunt proportionalia, itaq₃
per diaresin similis ablati ad simile reliquū pro quo-
to licet haberi vel $\frac{45^c}{24^q}$ vel $\frac{60^l}{32}$ id est $\frac{15^l}{8}$ quæ sunt $1\frac{7^l}{8}$.

1 l — 2
4. exemp. $\frac{7^l - 14}{24^q}$ divisa per $\frac{7}{8^q}$ dant 4 l — 8

1
5. exemp. $\frac{7^l - 14}{24^q}$ divisa per $\frac{4^l - 8}{1}$ dant $\frac{7^l - 14}{8^c - 16^q}$

Hic iterum segmenta sunt proportionalia, itaq₃
quotus potest esse vel per additionem secundam
proportionalium $\frac{7^l}{8^c}$ vel per secundam diaresin $\frac{14}{16^q}$
d est $\frac{7}{8^q}$

P. RAMI ALGEBRÆ

LIBER SECUNDUS DE ÆQUA- TIONE: AB EODEM SCHÖ- nero emendatus.

CAPUT PRIMUM.

1. Numeratio figurarum simplex in prima
Algebræ parte hactenus fuit, comparata sequi-
tur in æquatione.

2 Æquatio est qua figurati inter se secundum
hypothesin æquantur: ea duplex est.

3 Prima est duorum, unde altera unius tertii
pro æquatorum differentia nominati & quæsi
æquatio proportionē concluditur.

1 Cum aliquando in Macedonum colloquio
mentio de ætatibus incidisset, ego (inquit Alexan-
der) Ephestionem meum duobus annis antecedo: at

X